

num; 4. cui adhaerit; 5. quid diabolo ad haerendo inuenit, quia omnem utique miseriam? 6. quod nisi adueniat Deus, non recedet diabolus; 7. non posse hominem ad Deū venire per gloriam, nisi Deus adueniat per gratiam. III. Humilitatem, humilibus enim Deus dat gratiam. à pag. 232. ad pag. 234

Eiusdem, sermo 5. Citata iam verba iterum expendens, magnitudinem deprehendit aduentus Christi. I. In carnem, ex eorum merito qui illum praenunciarunt, ex desideriorum quantitate, ex venientis dignitate, sc. filij altissimi, qui longe venit, in carceris autem quippe huius horrorem venit, ut per misericordiam suam & charitatem copiosam, à poena nos liberaret. II. In iudicium, à signis praecedentibus, corporum resurrectione, iudicandis & ijs de quibus iudicabuntur, & omnibus quae in eo fiunt. III. In mentem, quia, 1. fit per totam Trinitatem, 2. est specialiter bonorum, 3. non solum est ad nos sed in nos, 4. nulli est nocius, 5. Christus in ea est mansurus, 6. nisi ad nos venerit, ad iptum venire non possumus. à pag. 234. ad pag. 235.

S. HIPPOLYTI EPISCOPI ET MART. oratio de consummatione mundi, ac de Antichristo, & secundo Aduentu Domini Iesu Christi, in qua I. ruinam mundi terroris plenam, ex Prophetarum & Apostolorum testimoniis demonstrat. II. de Antichristi facinoribus, origine, natiuitate, progressu, miraculis, ac morte describit, & quo pacto per omnia imitari Christum conabitur, ut facilius homines seducere possit. III. de signis consummationis mundi. IV. loquitur & ultimo de iudicio & aduentu Christi; ubi multa praecleara habentur, de aduocatione iustorum ad vitam & regnum, in illud *Ventre Benedisti, &c.* & de Christi, in reprobos exprobrationibus faciendis, in istud *Esuriui & non dedistis, &c.* Tomo 2. Bibliothecae Patrum, col. 3.

D. INNOCENTII PAPAE III. sermo primus hac die habitus, sequentia complectitur Christi Aduentus dilationem, huiusque dilationis rationes:

A triplex silentium in lege naturae, in lege scripturae, & in lege gratiae, in qua aduenit Christus dum medium silentium tenerent omnia: cur non Pater aut Spiritus Sanctus, sed Filius dumtaxat fuerit incarnatus: cur de sola muliere corpus assumpserit: cur tot oppropria, tot irrisiones, & supplicia sustinuerit: denique quatuor leges enumerat naturae nimirum; scripturae, gratiae, & culpae, in illa Apostoli verba, *Cum venisset plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c.* Tomo 1. Ser. 1. pag. 3 & sequentibus.

Eiusdem sermo secundus in illud *Hora est iam nos de somno surgere*, de somno multiplici concionatur, de triplici somno vitae, de triplici somno mortis, de triplici somno mortis spiritalis; ab his autem surgendum nobis est pluribus ex causis quas refert; negligentiam autem ibidem detestatur, & ignorantiae ac concupiscentiae mala obiter tangit, Tom. 1. Ser. 2. pag. 7. & seq.

* IOANNIS THAVLERI sermo primus in hac epistolae verba, ad Rom. 13. *Hora est iam nos de somno surgere*. Praefatione praemissa de utilitate aduentus Domini I. ut surgamus, attendendum dicit qua ratione lapsi sumus; tresque enumerat salutis hostes, quibus impugnatur. 2. Reuertenti ad Dominum esse superandos; idque sex virtutibus, duabus auertimur à vitio, mortificatione & humilitate: duabus, Angelis conformamur; inimicorum dilectione, & benevolentia in proximos: duabus Deo assimilamur, obedientia & perseuerantia. 3. His docet superiores nos effici, & in aduersis fortes. Vbi & de causis tribulationum. 4. His disponi animam ad audiendum verbum Dei: 5. Constituit duo genera audientium verbum Dei. 6. Monet quaestionem, quo pacto diuinas ordinationes citra obstaculum sentire quis possit. 7. tum etiam Christum triplici fine omnia sua peregrisse, ad gloriam patris, ad salutem nostram, ad exemplum nostrum. à pag. 1. & seq. ad 4.

Eiusdem sermo 2. in eadem verba Epistolae. Rom. 13. Ostendit à somno cuius-